



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Commentaria In Regvlas Cancellariæ Apostolicæ: Sive In
Glossemata Alphonsi Sotto, Glossatoris nuncupati**

Chokier, Jean de

Coloniae Agrippinae, 1674

Reg. LIV. de non promovendis ad S. Ordines.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62377](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62377)

Et seq. varijsque illam firmat argumentis & auctoritatibus inter quas est Abbas in de. Dudum in fi. de sepultu. quam sequuntur omnes moderni in Rub. de Constitut. quibus addit Rebuffum in praxi. tit. de dispen. ad plura nu. 41. & 42. qui cautelam pro securitate ponit ut faciat inscribere in signaturâ, quod litteræ dispensationis valeant & suffragentur in omnibus & per omnia à data presentium perinde ac si litteræ sub dictâ die expeditæ fuissent Reg. Cancell. non obstan. Sed pragmatici Rom. hoc rejiciunt, timentes jus bullæ, & lucrum amittere, licet quibusdam concedant: fa. not. Mohed. d. dec. 3. nu. 2. ubi supplicationem solam nullius esse effectus extra Curiam scribit, nisi addatur clausula, quod suppl. sola sufficiat. Sed cum à tempore Pij V. in d. Reg. ponatur in iudicio vel extra suffragetur, videtur non posse procedere quod ex D. Guitierrez diximus habentem solam signaturam tutum esse in foro conscientiæ, Nicol. Garcia tract. de benef. parte. 4. c. numero 13. absolutio tamen à suspensione seu alia censura obtenta sine litterarum expeditione valebit in foro conscientiæ, & sic intelligendus Navar. sup. conf. 29. Nec obstat hæc Reg. quia loquitur de dispensatione. Denique non procedet Reg. in dispensatione concessa accessorie simul cum provisione seu alia conclusionem super quibus erant expeditæ litteræ: Nam tunc satis est constare de dispensatione per supplicationem Cassad. dec. 35. sup. Regulis Rota dec. 85. lib. 2. Et dec. 214. nu. 3. p. 1. divers. Garcia d. c. 1. nu. 33. Alias limitationes quibus sola signaturâ suffragatur litteris non confectis sumes ex ijs quæ supra scripti ad Reg. xxv. De non iudicando juxta form. supplicat.

Argumenta in Regul. l. III.

INNOCENTII VIII.

- | | |
|--|---|
| <p>Hæc Regula est partim secundum jus, partim contra jus.</p> <p>1. Promotio an à tempore dispensationis, an verò à possessionis pacificè sit attendenda.</p> <p>2. Hæc Regula non est danda.</p> | <p>4. Regula hæc non est inter Regul. Pauli V. nec aliz duæ sequentes.</p> <p>5. Qui possidet beneficium contra dispositione in cap. licet canon an fructus suos, an interim fructus suos teneat.</p> |
|--|---|

Regula

REGULA LIIL.
INNOCENTII VIII.

DE NON PROMOVENDIS AD
S. ORDINES.

Item voluit, quo petentibus secum dispensari ratione beneficiorum, quod non teneantur se facere promoveri in Ro. Cu. vel in studio per *Fiat septennium*: alias verò detur *quinquennium*, dummodo infra annum à tempore datæ dispensationis huiusmodi ad Subdiaconatus ordinem fiat promoti.

GLOSSEMA ALPHONSI.

A *I*sta Regula dicit quod si petatur dispensari cum aliquo habenti parochialem ut non teneatur in Ro. Cu. vel in studio promoveri, quod si Papa dicit simpliciter *Fiat*, datur septennium. Sed si aliter sit signata supplicatio, tantum datur quinquennium, dummodo sit promotus infra annum ad subdiaconatus ordinem, hoc dicit, & ista regula in quantum dicit de studio idem dicit ius commune, scilicet quod detur septennium per Episcopum si vult ut in c. cum ex eo, de elect. lib. vi. Sed in quantum dicit de Romana curia hoc est contra ius commune, quod dispensetur, tamen Papa ex causa facit proprias prerogativas Curialium.

Et in quantum hic dicitur quod detur quinquennium si non sit signata supplicatio per fiat, debet intelligi quando signatur per concessum per illum cui Papa commisit, alioquin nescio quando posset Papa facere minorem signaturam quam per fiat. Item ista dummodo infra annum promotionis &c. refertur ad totam dispositionem ex quo ponitur in fine ut dixi supra regula antecedenti per c. inquisitioni de appel.

B Et in quantum hic dicitur à tempore dispensationis hoc est contra ius commune: quia etsi c. licet canon. de elect. lib. vi. requirit promotionem à tempore habita possessionis pacifice, & sic vult c. commissa eo. tit. & lib. & d. c. cum ex eo. sed debet intelligi hoc dummodo infra annum promotionis sit habita ista dispositio, & est gratia. Camera tamen hodie per quamcumque signaturam etiam per concessum daret ad septennium: quia ista regula non est danda, & non reciperet verecundiam, quia concernit expeditionem & non annullat, Item quia verba dummodo &c. debent poni in bulla: & ita servatur.

COM.

COMMENTARIA. IO. A CHOKIER.

A *Ista Regula*) Hanc Regulam ut & duas sequentes Gregorius XIII. expunxit ex suis, unde ijs commentandis aut notis illustrandis non immorabor, præsertim cum ex expeditionem dumtaxat litterarum concernant. Videant tamen cupidi Lectores super hac dispensatione Rebuff. *in praxi tit. de dispensat. de non promovendo & tit. de non promotis intra annum.*

B *Quia etsi cap. licet canon*) Quid si dispensatus de non promovendo diutius tempore concesso retinuerit beneficium, aut si non dispensatus retinuerit ultra annum contra dispositionem c. licet canon. an interim fructus suos fecerit? vide Paponem *lib. 3. arrest. tit. 13. arresto 2.*

Argumenta in Regul. Lv.

- | | |
|--|---|
| <p>1. Beneficiatus agens in studijs gaudere debet fructibus suorum beneficiorum.</p> <p>2. Longa mora studij præsumitur quis eruditus.</p> <p>3. Hæc Regul. non est danda quia concernit expeditionem litterarum.</p> | <p>4. Regula ista non habetur inter Reg. modernæ Pontificis.</p> <p>5. An Canonicus absens causa studij laeretur fructus sui Canonicatus, si illi consistant in distributionibus quotidianis.</p> |
|--|---|

Regula lv. Innocentij VIII.

DE FRUCTIBVS IN ABSENTIA PERCIPIENDIS.

Item de fructibus in absentia percipiendis detur in Röm. Curia vel studio residendo per quamcumque signaturam septennium & alibi quinquennium.